



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Furtum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

D Qui minutatim paruum quantitatem accipit, quamuis crescat usque ad notabilem quantitatem, non peccat mortaliter: dummodo à principio non habuerit animum furandi notabilem quantitatem. Verum est, quòd postquam ad eam peruenerit, tenetur restituere siue habuerit dictum animum siue non. Quæ tamen obligatio restituendi non habet locum in eo qui magnis interuallis prædictam notabilem quantitatem conflaret. num. 140.

E Fur tenetur restituere impensas factas à Domino, in quærenda re sibi furto sublata: eas nempe quas vir prudens facere debuisset. Ibidem. 140.

Qui furatur triticum ab habente illud paratum ad seminandum, & non habente aliud simile, tenetur plus restituere ratione lucri cessantis. cap. 17. num. 211.

F V R T V M.

A **F**URTUM est dolosa contrectatio rei aliena inuito domino. cap. 17. num. 1. Et est de se mortale. Furtum autem mortale & veniale differunt specie saltem in genere moris. num. 3. Non. num. 2.

Paruitas rei, & materiæ excusat à mortali,

tali, & etiam defectus deliberationis. nu. 4.
Nouo 5.

Qui furatur rem paruam velut acum à **B**
fartore, si consideres solùm furtum, & rem
exiguam, peccat venialiter: si verò da-
mnum, & detrimentum inde sequutum,
quia scit eum aliam non habere, & ab hoc
magnum passum detrimentum, peccat mor-
taliter. imò si credit passurum fore damnum
vnius regalis. num. 3. lit. E. & F. Nouo num.
3. & 4.

Idem dicendum de eo qui furatur rem **C**
paruulam, propter quam dominus patietur
magnam animi perturbationem, & tristitiã.
num. 3. lit. B. Nouo num. 2.

Aliquando etiam fit, vt qui furatur rem
paruam à paupere, peccet mortaliter, non
tamen si eandem similem furetur à diuite:
& aliquando è contrario. num. 3. lit. C. Nou.
num. 2. §. Ex quibus.

Mortale est furtum vnius gallinæ, aut
vnius regalis, vel etiam dimidij. num. 3. lit.
F. Nouo num. 4. §. 2.

A furto veniali excusant ignorantia pro- **D**
babilis, quòd res est aliena; & magna ne-
cessitas accipientis; & probabilis præsum-
ptio dominum æquo animo laturum; Si ta-
men dubitat, non excusat nec à morta-
li. Excusabit tamen à restitutione, si do-
minus

minus equo animo ferat. Nō excusat à mortali patientia Domini ferentis id præ timore, aut pudore. num. 4. Nou. n. 5.

Excusat à mortali conditio iustificans, dicendo, *si Deus non vetuisset furtum, vellem furari.* ibid.

Item finis vtilitatis vel voluntas proficēdi Domino spiritualiter, ac temporaliter. num. 5.

Ob furtum veniale posset aliquis occidi, ad disciplinam militarem conseruandam, vel ad alium finem reipublicæ. cap. 23. n. 58.

Etiā hodie quando numerata pecunia minoris pretij est quàm numquam fuit, sentirem non esse notabilem quantitatem (ad furtum mortale) quæ non contineret vnum regale, aut tres partes, additum in Nou. cap. 17. num. 4.

Quomodo teneatur restituere qui cum aliis furatur. vide Restitutio. II.

GABELLA, vide, vectigal.

G E N E R.

A G E N E R omnia ornāmēta, & vestes pretiosas, veluti margaritas, gemmas, serica, &c. data vxori à socero, etiā nunc extātia, mortuo socero tenetur cōputare in vxoris legitimi